



MANIBVS IACOBI ACONTI
PHILOSOPHI IURISCON-
sulti & Theologi per-
fectissimi.

IN caput æthereum qui intentas Atropos unctum?
Nulla tibi è vano fama labore venit.
Ille quidem cecidit nostris Acontius oris,
Sed surget tandem funere maior honos.
Ceu quondam miro Phœnix reparabilis igne,
Transcendet nitidi pulcrior astra poli.
Spiritus æterno placide delapsus Olympo
Iungetur patriæ protinus ille suæ.
Enthea vis genij plures docuisse Camenas,
Et perget scriptis Christi animasse gregem.
Siccine tu calamum franges, doctasq; papyros
Eripies nostris inuidiosa animis?
Effer, & illustres capiti decerpe Corymbos,
Quos Musæ Aonijs implicuere rosis.
Mens deuota Deo, æternum exhilarata perennat;
Nec moritura vmbra frontem anadema rose.

I. GRASSERVS Basilæ.

Scripti Londini Oxonio redux,
MDCVII. prid. Kal. Iuli.

INDEX